

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Sortilegium et diuinatio c
cum fonte proximo

Qui sine saluatore salutem uult habere,
et sine uera sapiencia estimat se
prudentem fieri posse, non sanus sed
eger, non prudens sed stultus in
egritudine assidua laborabit, et in
cecitate noxia stultus et demens
permanebit. Ac proinde omnis inquisitio
et omnis curatio que a diuinis et magis
uel ab ipsis demoniis in ydolorum
cultura expetitur, mors pocius dicenda
est quam uita.

Augustinus in libro de ciuitate Dei.

Idem in lib. de ciuitate Dei.

Qui sine Saluatore salutem uult habere,
et sine uera sapientia estimat se
prudentem fieri posse, non sanus, sed
eger, non prudens, sed stultus in
egritudine assidua laborabit, et in
cecitate noxia stultus et demens
permanebit. Ac proinde omnis inquisitio,
et omnis curatio, que a diuinis et magis,
uel ab ipsis demoniis in ydolorum
cultura expetitur, mors pocius dicenda
est quam uita,

et qui ea sectantur, si se non correxerint,
ad eternam perdicionem tendunt,
Psalmista dicente: „Omnes dii gentium
demonia sunt,“ qui per deceptos homines
alios decipere cottidie gestiunt, ut
perdicionis suae faciant eos esse
participes.

Gratianus, *Decretum*, 2, 26, 2, 7 (*Corpus
iuris canonici* 1, A. Friedberg ed.,
col.1022-3).